**Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg**

NÜRNBERG

## Bibliographische Daten

Titel: Aristoteles – Nürnberg, STN, Cent. IV, 1
Signatur: Cent. IV, 1

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Quoniam vero animalium anima, hoc enim substantia est animati, que secundum rationem substantia et species, et quod quid erat esse tali corpori (unumquodque enim pars si diffinietur bene non sine opere diffinietur quod non existet sine sensu), quare huius partes priores aut omnes aut quedam simul toto animali, et secundum unumquodque itaque similiter; corpus vero et huius partes posteriores sunt hac substantia, et dividitur in hec ut in materiam non substantia sed simul toti. Priora quidem igitur ut est, aut non necessarium: non enim possunt esse separata; nec enim qualitercumque modo se habens digitus animalis, sed equivoce qui mortuus. Quedam vero simul quecumque principalia et in quo primo ratio et substantia, puta si hoc cor aut cerebrum; nichil enim differt; videtur tale. Homo autem et equus et que ita in singularibus, universaliter autem non sunt substantia, sed simul totum quoddam ex hac materia et hac ratione ut universale. Singulare non ex ultima iam Socrates est iam et in aliis similiter. Pars quidem igitur et speciei (speciem autem dico quod quid erat esse) et simul totius eius quod ex materia ipsa species.

Sed rationis partes que speciei solum sunt. Ratio vero est ipsius universalis. Circulo enim esse et circulus, et anime esse et anima idem. Sed simul toto iam puta circulo huic et singularium alicui, aut sensibili aut intelligibili. Intelligibiles autem dico ut mathematicos, et sensibiles ut eneos et ligneos. Horum autem non est diffinitio, sed cum intelligentia aut sensu cognoscuntur. Abeuntes vero ex actu non palam utrum quidem sunt aut non sunt, sed semper dicuntur et cognoscuntur universali ratione. Materia vero ignota secundum se. Materia vero alia sensibilis, alia intelligibilis. Sensibilis quidem ut es et lignum et quecumque materia mobilis. Intelligibilis que in sensibilibus existit non in quantum sensibilia, ut mathematica.

Quomodo quidem igitur de toto et parte et priore et posteriore se habet dictum est. Ad interrogationem autem obviare est necesse cum quis interrogat utrum rectus et circulus et animal priora aut in quas dividuntur et ex quibus sunt partes, quod non simpliciter. Si quidem enim est et anima animal aut animatum aut unumquodque que unicuique, et circulus que circulo esse, et rectus que recto esse et substantia recti, quid quidem et quod dicendum est posterius, puta hiis que in ratione et cuidam recto. Et enim hic cum materia qui est eneus rectus et qui in ligneis singularibus. Hec autem sine materia hiis quidem que in ratione posteriora; non que in singularibus partibus prior simpliciter aut non dicendum aut non dicendum sicut dictum est.

Dubitatur autem merito que speciei sunt partes et que non, sed simul simpliciter. Hoc enim non manifesto existente non est diffinire unumquodque; universalis enim et speciei est diffinitio. Que igitur sunt partium ut materie et que non, si non sunt in anime nec ratio in anima erit. Quecumque quidem igitur fieri videntur in diversis specie ut circulus in ere et lapide et ligno, hec quidem manifesta videntur quia nichil circuli substantia es neque lapis propter separari ab ipsis. Que non videntur separata nichil prohibet similiter hiis se habere, ut si circuli omnes viderentur enei; nichil enim minus erit es non species. Hec autem auferre mente est difficile, ut hominis species semper in carnibus et ossibus apparet et qualibus partibus. Utrum igitur et sunt partes huius speciei et rationis aut non sed materia. Sed